

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Opera**

P. 1-3 nebst Inventarium

**Gerson, Jean**

**[Straßburg], 1488**

Sermo de dominio evangelico

[urn:nbn:de:bsz:31-300764](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-300764)

cuius nos principes efficiat. Amen  
Finit.

## 2. Sermo eiusdē can-

cellarij de dñio euāgelico fact⁹ i cena dñi.

**O**mnia dedit ei pater in ma-  
nus Joh. xij. Originaliter i  
euāgelio pñcialiter recitatio.

Pro impetranda gratia ⁊ v-  
tute digiti dextre manus dei

qua apta oīa implentur bonitate. q̄ subtra-  
cta oīa labefactione repentina dissoluunt  
te matrem gratie / te virginem inclitam /  
p cuius manus (teste Bernardo) datur no-  
bis quicquid datur. que diues es in oēs iuo-  
cantes nomen tuū. salutantes implozam⁹  
et implorantes salutamus dicētes Ave  
Omnia dedit ⁊c. vbi supra. Apud vos o do-  
ctissimi ⁊ pcellentes viri / mibi sermonē ha-  
bendū esse cōspicio. qui certā iam et indu-  
bitate fide tenetis / q̄ filio suo dño nro Je-  
su xpo dedit omnia pater in manus / ac p-  
inde monarchaz eū vlem cōstituit. vt iure  
dixerit. Math. vlti. Data est mibi oīs po-  
testas in celo ⁊ in terra. Hoc dilectus eius  
ap̄lus cōtemplabatur dū asseruit Apoca.  
ic. q̄ habet in vestimento et in femore suo  
scriptum. Rex regū et dñs dñantū. **S**⁹  
quo iure xpus q̄ in sup titulo monarchiaz  
hanc accepit. Multiplici quidem ⁊ signā-  
ter triplici. Prīmū iure hereditario diuie  
filiationis. Nam etsi filius et heres arguit  
ap̄lus Roma. vi. et Gal. iij. Atvero d̄ deo  
patre vere vidit ⁊ enūciauit sancta illa mu-  
lier Judith. it. appellans eū dñm vniuersę  
creature. Dñs igitur talis erit ⁊ filius. Sic  
postq̄ dñs per p̄pham dixisset ad filium.  
Ego hodie genui te / subiūxit p̄ dñi. Po-  
stula a me et dabo tibi gētes. hereditatē tu-  
am ⁊ possessionē tuā ⁊c. tanq̄ diceret illō.  
Lu. xv. Fili omnia mea tua sunt. Secun-  
dū ius monarchie vltis in xpo cōsurgit et  
titulo. mutue dilectōis eius ad p̄fem. Nā  
antiquū est p̄hice veritatis puerbū Amī-  
coz oīa esse cōia. Fili⁹ enī q̄ suo mō repē-  
dit oīa patri. in donatiua spiratiōe supmi  
amoris q̄ spūs sanct⁹ e / coexistit readama-  
tionis vicissitudo vt ei p̄f donet oīa. Am-  
plius tertū ius monarchie vltis inuenit i  
xpo appropriate q̄ ad naturā assumptā et  
titulo victoriose debellatiōis seu ciuilibis ad-  
quisitionis ⁊ cōquestus. Victorem cūtra

sequuntur ait quidam. Nonne christus vt  
imperiōsissimus victor / aereas potestates  
debellauit Sic notat ap̄ls ad Eph. ij. Nō  
ne captiuā sub eis duxit captiuitatē / quas  
p̄prij sanguinis p̄cio redemerat ⁊ suā effe-  
rat. Sicut p̄pha testat Ascendēs in altum  
⁊c. Idem habet ad Eph. iij. Quin etiam  
tota vniuersitatis machina que gratia / ho-  
minis condita est fm p̄hm ⁊ habetur satis  
Deute. iij. Ipa fuerat ad impiū crimen le-  
se maiestatis diuine / deteriorata. teste Ly-  
priano. et a natiuo decore suo / plurimū de-  
ciderat. Iuste nimir. vt in bōis p̄pter se cō-  
ditis / homo p̄ditōr ⁊ p̄uaricator / plecteret  
Sed audi qd sup hoc cātat ecclesia. Ter-  
ra pontus astra mūdus q̄ lauant flumine.  
Ecce p̄ xpi passiōem lota ⁊ reparata esse om-  
nia aqua emūdationis reparationis ac pul-  
crificationis. Nōne inductus est ap̄ls di-  
cere de xpo passo. q̄ deus exaltauit illū ⁊ de-  
dit illi nomen qd est sup omne nomen. vt  
in noīe ihu omne genu flectat celestū ter /  
restrū ⁊ infernoz. in signū vniuersalis do-  
minij ad Philip. ij. **H**abemus ergo ti-  
tulos enumeratos tres in xpo. diuine filia-  
tionis. mutue readamatiōis. et strenue de-  
bellationis. p̄pter qd rite dicit est. q̄ oīa de-  
dit ei pater in manus. Ita sentitis de chri-  
sto o sapiētissimi viri. Ita iugiter pia fi-  
dei sinceritate deo p̄picio sentietis. Quam  
obrem ne habeo necesse in p̄sua dēdo am-  
plius verba p̄dere. aut opaz cōsumere. nec  
istū solem veritatis p̄fulgidū / ingerere de-  
beo vobis ipm cernentibus. et de xpo sciē-  
tibus q̄ omnia dedit pater in manus. Pro-  
pterea traducat sermo noster a l̄ra ad my-  
steriū. a fidei soliditate / ad mox puritatem  
et a diuina filiatione naturali / ad p̄cipua-  
tam filiationis adoptiue generatiōem. **P**  
ertraitemus q̄ pacto spūs quilibet xp̄ia-  
nus / xp̄i frater ⁊ amicus / sit aut esse debeat  
princeps omnū. Contemlemur q̄sta et  
q̄ sup effusa liberalitate / omnia dederit no-  
bis pater in manus si volumus. Quis pa-  
ter? Pater ille qui possedit ⁊ fecit ⁊ creauit  
nos Deute. xxxij. qui a nobis pater agno-  
sci / pater vocari / altissima prozsus ⁊ obstu-  
pescenda dignatione voluit. monuit. atq̄  
iussit. Math. vi. Quid enī mirabili⁹. qd  
ad audiendū iocūdus. q̄ vt vnusquisq̄ si  
deliū instar xp̄i monarcha sit oim si placet  
et ita est tū. vnusquisq̄ spūs vere fidelis /  
monarcha est oim ⁊ multiplici. nō vno sed.

## Bermo de dominio euā.

triplici iure et titulo ad exemplar xpi. Jus  
vnu dat filialis adoptio. Jus alteruz dat  
triphalis debellatio. Jus tertiu readama  
tionis vicissitudo. **E**rigite aures dilectis  
simi. hilarescat facies serenentur oculi. om  
nis ecurgat affectio. gratiaru resonent ac  
tiones. Os lingua mens sensus vigor con  
fessionu iubilu bndictioem ⁊ laudem pfo  
ner. **Q**uerō: Que tantoz nouitas gaudio  
rum? **D**igna valde p clara. insignis nihil  
supra. qz iam nō vno sed triplici titulo xpi  
anus monarcha est. xpiano oia dedit i ma  
nus xpianu fas est dicere potentissimuz  
**A**udebo dicere et omnipotentissimū et ar  
guar blasphemie si non hoc apostolus si  
milis nobis desedixerit. **O**ia possum om  
nipotens sum. exponit Bern. In eo q me  
cofortat xpus ad Philipē. iij. Si pua est  
apostoli autoritas tibi / satis sit illa xpi  
sti qui ait. **C**redeti / nihil ē ipossibile **D**a  
bei. xij. Si quis adhuc hesitat et p libi  
to nos fingere putat que dicimus super  
hoc vinculi dno. **A**udiat aplm ad Roma  
nos. iij. Qui pprio filio nō pepcit sed p no  
bis oibz tradidit illū. qto magis etiam nō  
cū illo nobis oia donauit. **E**cce qualiter o  
fidelis anima / pspicū habes apostoli te  
stimoniū imo argumentū q omnia dedit  
tibi pater in manus. **D**e quo p re idē scri  
bens. i. ad Thim. vi. asserit q pstat nobis  
abunde omnia ad fruendū. **H**oc domini  
u. n. Hiero. ad Paulinū scribens nō tacu  
it. credenti ait / totus mūdus diuitiaz ē. in  
fidelis autem etiam obulo indiget. **S**icut  
namus qsi nihil hntes ⁊ oia possidentes.  
**S**umptū ab apostolo. ij. ad Cor. vi. **H**  
**H**ec aut et similia multa / nūquid nō oble  
cro monarchiā nrām / stabile diuini scrip  
ture fundamēto cōfirmant. **N**ōne palant  
ōndit de fideli quolibet q oia dedit ei p i  
manus. **T**erū disseramus de titulis q  
posuimus esse tres. i. filialem adoptionem  
triphale debellatiōem. redamatiōis vi  
cissitudinem. **D**editemur in exercitatiōe  
nostra si forsan ex pūtis euangelice lectio  
nis serie triplex hoc ius inuenire poterim?  
**I**ustū quidē arbitror vt euāgelicū pūis mī  
steriū potius q̄ externa loquamur / si pos  
sumus vt posuimus. **T**riplex itaqz con  
spicio memoratiū nūc esse misteriū. ablu  
onem. humilitatem. sacramentalē refectioez  
**P**rimū est fidei purif. caris. scdm spei cor  
roborantis. tertū charitatis reficiēis. **A**b

lutio spectat ad titulum filiationis. humi  
liatio ad titulu debellationis. sacramenta  
lis refectio ad titulu redamatiōis. **F**ides  
corda purificans ad **Cor. xij.** **D**at esse fili  
um dei. **Ioh. i.** **D**editēi potestatem filios  
dei fieri. **S**i queris quibz dedit **D**is q̄ cre  
dunt in noie eius. **S**pes humiliās sub con  
peccatione futuroz dat victor iam de ho  
stibus qz spes non cōfundit ad **Roma. ij.**  
**I**n me sperauit inquit dñs p ppham. **L**i  
berabo eū ⁊c. **C**haritas reficiens vni deo  
p dilectioem qm qui adberet deo / vnus ē  
spūs cū eo. i. ad **Cor. vi.** **Q**ui autē edit xpm  
et bibit eius sanguinē / in deo manet et de  
in eo **Iohan. vi.** **A**c proinde vnus spiritus  
est cum eo. **S**i vnus spiritus quanto ma  
gis vnus dominus. **I**n primo se habet de  
us ad spm nrām vt pater ad filiū que here  
ditat. **I**n secdo vt dñs et rex ad militē que  
coronat. **I**n tertio vt amicus ad amicu cui  
omnia cōcat. et oia dat in manus. **S**ed  
notandū est valde ne calūniē nobis sup  
bi. que admodū ridet **O**ratius poeta Roy  
cos qui se reges oim appellabant. **N**otan  
dum in qz q̄ heres qto tpe puulus est / ni  
hil differre videtur a seruo cū sit dñs omni  
um ad **Halla. iij.** **S**imiliter in hac pegri  
natione ⁊ milicia / spūs noster q̄stūcūqz sit  
dñs oim. nihil differre videtur a seruo. qm  
in fantulus est puerulus aut adolescentul  
et minor annis. **S**i quidē q̄stūcūqz p̄fec  
rit / quousqz exereerit in viz p̄fectū / in eta  
tem plenitudinis xpi / more loquendi apo  
stoli ad **Ephes. iij.** **N**ihil distare videtur  
a seruo. **S**unt fateor nōnulli in ipso p  
fectu etatis distantie **I**taqz aliqz dici valz  
infantulus sicut incipientes. aliqz pueru  
lus vt p̄ficientes. aliqz adolescentulus vt  
p̄fecti. **S**ed nunqz p̄tingunt in hac regio  
ne ad plenā virilē etatē. crescant i deū mo  
riendo necesse est. **I**nfantulos dicim⁹ no  
uiter ablutos ⁊ renatos p baptismum aut  
penitentiam q̄ ad p̄mū articulu vel titulu.  
**P**uerulos maiusculos qui p̄ficiūt ad viri  
orum expugnatiōem q̄ ad scdm. **A**dolescē  
tulos deniqz qui cū beniamin adolescētū  
lo sunt in mentis excessu p liberaz diuino  
rum cōtemplatiōem et fruitiōem q̄ ad ter  
tium. **C**ōtra eos nihilominus cōturbant  
sepe oēs insipientes corde / quasi serui sine  
viles paupes et abiecti. cū sint gen⁹ electū  
regale sacerdotiū. regnū et sacerdotis filiū ⁊  
beredes. **Q**uibz oia dedit pater in manus

**C**ollocatis fundamentis nre collatiois ne plus inania et sonora q̄s vera et solida videremur attulisse. sup edificare positū erat tres monitorias orationes/cū suis cōsiderationibz moralibz et speculatiuis/confortimiser ad trimēbrem p̄cipatiōem iuris p̄repositam. **P**rima ōro de iure in monar/charu p̄ ablutiōem gr̄e quere generat. **S**e cūda ōro de iure p̄ humiliatiōem q̄ trium/ phat. **T**ertio de iure p̄ refectiōem sacramē talē q̄ deo vnit et incorpat. **E**go aut̄ ani/ aduertens materiā hāc latissimam/ quam nō pateret p̄ntis collatiōis breuitas exēq̄. cōtentabo: de primo nūc de titulo/orōem cū suis considerationibz texere. de reliq̄s si vita comes fuerit/in posterū differere pro/ p̄osui. **S**ic igitur exordior. **N**oli p̄re/ corō rationalis spūs. noli gratiam negligere quam offert tibi pater/ ip̄ete monarchā sta/ bilire. ip̄e tibi omnia in manus dare dispo/ suit. tantūmō laueris ab iniquitate tua et ab oibz inquinamentis tuis ablutus emū/ deris. **A**udi (o rationalis spūs) et si gr̄ades rem tibi p̄cepisset pater. tu tū facere debue/ ras. q̄sto magis q̄ dixit tibi: et laueris sep/ ties. i. p̄fecte. et mūdaberis. **A**lepra peccati. et te heredem suū/ te monarcham oīm cor/ stituer/ 2 oia diabit tibi i manus. **A**uero si nō laueris te inquit: non habebis partem meā. **D**ortenda nimis cōminatō. **N**on habebis partem meā. **E**t quam partem. partem de qua p̄pha ecultat gloria b̄udus dicens. **P**ars mea deus in eternū. **P**ars hec ē mer/ ces magna nimis. hereditas p̄clara. imo omne bonū. p̄pterea nō te cōturber nomen/ pris quasi tue aliqd̄ auiditati vel monar/ chatu derogeretur. qm̄ si pars ista deus est si/ cur est. quis negauerit possessorem ei? h̄re dñum bonoz oīm aggregatiōe p̄fectum? **V**ere felix ablutio cui p̄s tal̄ r̄ta portio tā insignis p̄statur hereditas. **A**tende tibi o fidelis spūs si primam baptismatis ab/ lutiōem incoquinatam seruasti. tecū be/ ne actū est. lauari non eges. mūdus es tot⁹ filius et heres eritis. **S**ed si rursus intin/ ctus es sordibus peccatoz. si volutatus in/ sterquilinio flagitioz/ nō despēs. qm̄ tibi reliquitur p̄nialis ablutio p̄ peccatis 2 ad gratiam regeneratio. **P**arua ne tibi videat̄ ista patris dignatio. parua ne tam facilis ad hereditatem p̄ditam reuocatio. **L**aua/ te et mūdaberis et mūdab⁹ heres eris. **L**aua/ ue caue. ne abutaris tante mie largitate. q̄

niam tanto detestabilior vtiq̄ erit trāsgres/ sio. q̄sto erat impletio facilior. **P**recinge **P**re igitur fidelis spiritus. p̄para peluim cor/ dis tui. que sursum patula sit/ p̄ celeste desi/ derium. et non euerſa humi. p̄ cupiditatez terrestrium. **E**ijciatur ab ea omnis aliena repletio. p̄sertim accruus grandis/ aut lapi/ dosarum aut lutosarū cogitationū et affe/ ctionum. alioquin aquam mūdatiuam/ q̄ modo suscipet. quō cōtineret: tota dilabe/ retur. tota foras efflueret. **H**ec aqua (si ne/ scis) aqua est tuarum piarum lacrimarū hauritur ip̄a/ a pu teo cōtritionis p̄funde/ cauato p̄ acutum ligonem meditationis/ situla fidei illam continet. corda spei surſū/ trahit. fornax ardens charitatis eam cale/ facit. miscet cineres recordatio peccatozū. **T**ale sibi lauacrum quotidie p̄parabat in dicit⁹ rex. **L**auabo inquit p̄ singulas no/ ctes lectum meum lacrimis meis stratus meus rigabo. **V**ult ecce christus pater no/ ster lauare tibi pedes. noli p̄hibere. sed dic cum petro. domine non tantū pedes affe/ ctionum/ sed et manus opationū et caput cogitationū. **L**auas quotidiana sollicitu/ dine manum corpalem aut tunicam/ sit ti/ bi queso cura vigilantior de anima tua/ q̄s de manu vel tunica. **N**on sis oro piger ad lauandum animam tuam p̄ cuius lauatio/ ne/ christi sanguis effusus est. **N**on vis ha/ bere immundam domū immundum vas. im/ mūdum seruum. immūdum caligam/ imū/ dam animā habere quare nō refugis? **S**ic tibi carior anima tua q̄s caliga monet **A**u/ gustinus. **P**orro cōfessor noster locū te/ net christi/ ostendende illi sunt sordes no/ stre. quas p̄ absolutionis manum tangit 2 abluet. et linteo satisfactionis absterget. **L**intecum istud satisfactionis triplici filo/ vel stamine cōtextum est. **F**ilum aliud est o/ rationis. aliud ieiunij. aliud elemosyne sa/ lutaris. **V**is ergo habere p̄re cum christo vis omnia tibi in manus dari? **R**ūbis yo/ lo. et vade volo. **E**t ergo taliter munderis et in filium mundatus et tersus adopteris necesse est. **S**ed heu qualiter et ampli⁹ iudam reprobū imitantur q̄s plurimi. q̄/ rum corda que demon occupat/ nulla de/ uotionis vnda subintrat. proditores sunt bipocrite sunt. fures sunt aut et sacrilegi. ec/ clesiasticoz loculoz raptores. p̄pterea q̄/ quid exterius agatur circa eos/ remanent intus sordidi. **N**ulla eos predicatio. nulla

horrende damnationis interminatio. nullo  
lum diuine dignationis et humiliatōnis  
obsequium. nullum beniuolentie signum  
osculum vel alloquiū. nulla postremo bo-  
noꝝ societās / a preconceptis facinoribus  
plus q̄ iudā absterrent aut reuocāt. Quā-  
obrem nihil eis dolor de commissis. nihil  
confessio. nihil restitutio / sicut nec iude p-  
ficiunt. Palā est ratio. Deest quippe spes  
ueniē. que in dilectōe iusticie et in nō pec-  
candi deinceps pposito / collocat. ¶ Nos  
vero salubrioz credentes consilio / opcla-  
ri et eruditi uiri lauēmur obsecro et terga-  
mur interius a sordibus que sunt in / pedi-  
bus affectionum. quatenus ablati effici-  
mur de seruis domini. de exalibus ciues /  
de abdicatis / filij et heredes. heredes qui-  
dem dei. coheredes autem christi. quibus  
pinde omnia dabit pater in manus. fiat fi-  
ar. ¶ Circa p̄dicta mihi quatuor digne cō-  
sideranda per modum quaduplicis pul-  
critudinis ueritatis / inspicio.

**¶ Prima cōsideratio**

Ablatis p gratiam / omnia sunt cōia. Per  
spicua est p̄batio ex p̄missis. Eoz nempe  
quilibet heres est et coheres christi. Dicitur  
hoc aliquis. miretur potius q̄ legit q̄  
multitudinis credentiū erat cor unum et a-  
nima una. Act. iij. Si cor unū et anima /  
immo unum corpus et unus sp̄s / (p̄ lo-  
quitur ap̄ls ad Eph. iij) Quid cōuenien-  
tius q̄ ut eoz sit una p̄sus hereditas. una  
dominatio. unus castus principat⁹. Hoc  
mihi sensisse uidetur p̄pheta dum grat⁹ cla-  
mat ad deum. Particeps ego sum omniū  
timentium te et custodientium te. et titulum  
subdit. Dia tua dñe plena est terra Hanc  
ueritatem agnouit egregius doctor Aug⁹.  
dum posuit iure poli omnia esse cōmunia  
¶ Irridebit scio sniam istam aliquis hō q̄  
nō capit ea que dei sunt. Stulticia est eni  
illi. i. Coꝝ. ij. Excecauit enim eum cupidi-  
tas. que ad oblatrandum ora latat. Obij-  
cit stomachans et sibi sapiens. Si iustis  
omnia sunt cōmunia. ip̄inibil rapere. nul-  
lum furtum facere poterunt. utentur enim  
re sua. Porro nullus est co ditor. Sed et  
nullus a iustis q̄cō poterit auferre vel tol-  
lere. ex quo res manebunt sue / vbiq̄ trās-  
ferre eos contingeret. Sunt quippe domi-  
ni omniū. Deniq̄ ius erit cōmune apud  
omnes sup yozibz. seruis et ancillis et fili-

bus. Sic in erroꝝ Socratis relabemur  
et has absurditates ferre quis poterit Sic  
palogifac aliquis homo. sicut ad illum de q̄  
refert Gene. vij. de beneficijs. Qd si deoz  
sunt omnia / nihil erit sacrilegiū. et ablatio  
quelibet nihilominus sacrilegiū dicit. vbi  
deductio posita est / et sicut solutio. vbi ep̄s /  
sa est senece sententia q̄ iustis omnia sunt  
cōmunia et pulcre deducitur. Huic uerita-  
ti sup canā Bernardus attestat. ¶ Fal-  
luntur oppositū sentientes. q̄ solum attē-  
dunt acceptiōem dominiū politici et ciui-  
lis / grossas atq̄ palpabilem. nihil de dñio  
naturali et originali. nihil de gratuito et e-  
uangelico cōcipiūt. ¶ Tradit magnus al-  
bertus et ita est qd didici a puero / circa pri-  
cula res hoim acciones / vic aut nunq̄ pos-  
sunt aliquid subtile altū et abstractū concē-  
pere. oia ad sensum referunt et exp̄ientiam  
qd agere / maximū esse ueritatis adipsen-  
de impedimentum posuerunt plato in sibi  
meo. tullius in tusculanis questionibus. et  
Augustinus in de uera religione. ¶ Alia  
igitur repetentes dicamus p elucidatione  
p̄cedentiū et sequentiū. q̄ dñs qui uniu-  
sificatis dñs est iure plenissimo creatiōis cō-  
seruationis et gubernationis Deute. xxiij.  
Cōmunicauit dominū suū creaturis / ca-  
pacibus dñij. que p̄prie sunt creature ratio-  
nales sole. quibz uti et frui p̄perit rebz alijs  
assumendo eas in sui facultatem. Ad natu-  
ram sic cōditam in ratione et arbitrio et ra-  
li facultate / consequitur dominū qd appl-  
lamus naturale vel originale. Hoc funda-  
tum est in statu innocentie et p̄mulgarimz  
Gen. i. Subijcite terram etc. Deturpatum  
est p peccatū. sed restauratus ip̄i. Hoc post  
diluuiū Gen. ix. ¶ Ad hoc et sup hoc do-  
miniam ut p̄fectum integrūq̄ sit / sapadē  
da fuit gratia et plena / sancti sp̄s cōmuni-  
catio. Ex quibus restitaret titulus adopti-  
onis filioꝝ in quo clamamus Abba pater  
Ad Roma. viij. Iste est titulus secundissi-  
mus supra quem fundatur dominū gra-  
tuitum et euangelicum. p qd creatura rōa-  
lis habet ius p̄pinquū sup res quilibz in-  
feriores. ad utendum eis debite et libere / p  
sine suo cōsequendo. ¶ Dicimus ius p̄pro-  
pinquū. p̄pter p̄destinatos peccatores. ha-  
bentes ius remotum et impedimentum p  
peccatum. ¶ Additur est sup res quasi-  
bet inferiores. qm̄ p̄prie dictum dominū  
non habet locum sup res excelliores. quibz

sub sensu aliquo tropico dici possit creatura rationalis hmoi habere dominium in deo per gratuitam eius communicationem. et dignitatem condescensionem ipsius ad faciendum quicquid creatura rationalis / rationabiliter voluerit. quemadmodum dicimus amicorum idem esse velle et nolle. Taliter haberi et dari spiritus sanctus dicitur secundum determinationem sanctorum. Et habetur deus. xiiij. primi sententiarum cum ibidem tractatus per doctores. Plus etiam videtur concedere scriptura sacra Josue. xiiij. vbi dicitur quod stetit sol / obediens deo voci hominis. Hoc modo dicebatur dominus teneri per David et alios sanctos / cum nequaquam gereret contra eorum votum et ordinem. Sed et neminem esse qui sibi obstitit et conqueratur deus in prophetis. Deinde subiectum est. put rationabiliter voluerit. quoniam de ratione domini et donationis est. quod non potest quis irrationabiliter vti rebus suis / manens dominus. Alioquin non esset dominus usquequaque perfectus ipse deus. cui repugnans est omnis abusus in suo dominio. Sed et neque ab iniusto tolli tale dominium. plusque neque a gratie titulo nisi prave consenserit / spoliari. Hinc affirmat apostolus quod neque mors neque vita neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei. ad Roma. viij. quoniam etiam ipsi diligentibus deum qui filii sunt per adoptionem et loci per gratiam / omnia cooperantur in bonum. Sic omnia. ut omnis tribulatio / omnis rapina / bonorum / omnis aduersario / non inultus. Ipsa denique mors corporalis / seruiant et militant per iusto tantumque per vniuersali monarchia. Dicam mirabilius ipse etiam infernus damnatorum / horrenda illa supplicia / imo aliorum casus et peccata / ad utilitatem eius agonizant / presentia et obsequuntur. Excedo mensuram veritatis / si non hoc asserat propheta regius. Letabitur inquit iustus cum viderit vindictam. Ecce de pena qualibet / manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Ecce de peccato utilitas pueniens. Quod si adhuc tardior es ad credendum hec omnia. accedat apostolus et testimonium plane dicat. prima Corinthio. iij. Omnia nostra sunt siue paulus siue appollo / siue cephas siue mundus / siue vita siue mors / siue presentia siue futura omnia nostra sunt. Quid queris amplius. quod tibi vis testimonium aperius. oia nostra sunt etiam mors. Quo pacto sic dicitur

Paulus. quia nimirum per mortem quasi per militem officiosissimum iustus adipiscitur triumphum beatitudinis eterne. Iustus in super per aliorum tyrannidem et facinorosa perpetua securitate coronatur. Ita liceret ostendere si vacaret per singula. de viciis de diuitiis. de agro. de celo. de terra et mari quod omnia sunt iustis ablatis per gratiam / verissimo dominio ad omnem usum licitum put congruit et perficit consecutioni finis sui / iuxta permissionem christi. Dicitur. xij. Sic de fama vel infamia. vel de nobilitate vel ignobilitate. de nuditate et abundantia deducit apostolus. ij. Cor. vi. vbi oia talia vocat arma iusticie a dextris et a sinistris. Si arma. nonne adiutoria. Sed aduertite quod dicit arma non simpliciter sed arma iusticie. quod ex eius titulo robur habent. Non oberrauit in hoc a traditione summi legislatoris nostri / qui subtili verbo / monarchiam hanc fundauit in eodem titulo iusticie. Dicitur. v. Primum querite regnum dei et iusticiam eius / et omnia adiacentur vobis. Iusticia regni / est gratia. ad quam sequitur possessio oim. ut in super. Dicitur. xij. et Luce. xij. Qui habet charitatem et gratiam dabit ei et abundabit. Habemus igitur patefactum quod ablatis per gratiam oia sunt comia et oia dedit eis per in maiorem

## Secunda confide

ratio principalis nostra est. Pulchrior est donatio / secundior atque diuiniore quam ex titulo gratie. quod ea que ex titulo civilis aut politice iusticie oritur et accrescit. Premittemus quid per dominium civile et politicum importatur quod per gratiam seu euangelicum ne per ignorauit gemur. Civile dominium est ius fundatum in traditionibus humanis adiuuentis. introductum occasione peccati. inedicabile simul et exequi pluribus dominis et abdicabile. seruata iusticia. Gratuitum vel euangelicum dominium describitur per tres oppositas conditiones. Prima est dominium fundatum in lege dei et ab eadem immediate constitutum / quolibet dominus ex equo secum copatiens. et inabdicabile seruata iusticia. Conseramus mutuo istas tres conditiones contrarias. et que predariores sunt / facilliter agnosceamus. Gratuitum siquidem dominium immediate constitutum est a deo et ante peccatum. per appposito tamen quod ad fuerit in gratia. Civile nequequam. quoniam si nulla fuisset transgressio. si preterea non esset effrenis hominum cupiditas. cui etiam ipse deus non sufficit

## Sermo de dominio euāge.

predium tantum et tam grandis portio:  
nullum fuisset inter homines plus q̄ inter  
angelos/ciuile dominū. Usus est in adā  
et patebit in gloria. Quamobrem radix in  
fecta est et orgo talis dominij. **D**ocaper-  
te in illius executione retentione et adqui-  
sitione sapimus. quoniam vit aut nunq̄  
absq̄ peccati sordibus adquiritur: retinetur  
dispensatur. nūq̄ absq̄ curis vlticibus abs-  
q̄ anxietatibus plurimis aut linibus inq̄-  
tis aut periculis multis/suos deinet ama-  
tores. Compatitur insup secum nequilli-  
mam seruitutem et pessimis sepe collatum  
est. eis qui pditores sunt veri domini. rei  
criminis lese maiestatis in eum. sediciosi i  
ciues regni. homicide sui. et indigni panc  
quo vescuntur. Qualiter vero et q̄ pprieta-  
les se dominos appellāt/ipsi viderint. **S**e-  
cus est de dominio gratie qd̄ purum est. le-  
tum. sanctum. iocundū. quietum et securū  
**F**undatum deniq̄ in regulis diuine ar-  
tis. non vt ciuile dominium / in traditio-  
nibus hominum. q̄nq̄ supuacuis/q̄nq̄ ne-  
quillimis. **S**edam differentiam assig-  
nat pdicta descriptio / q̄ dominū ciuile / si-  
mul et ex eq̄ est incōicabile pluribus. q̄nq̄  
diuersis modis. non ex equo cōpariat plu-  
res dominos. vt regem et burgensem vt mi-  
litem. **C**ōsurgit autem bec incōicabilitas  
et impfectione aratione grossicie et egesta-  
re talis dominij. Non enī potest diuersis  
et multis eque plene sicut paucis in vsum  
suum cedere. **E**t aduerso gratuitum et euā-  
gelicum dominium / compatitur secū quot  
libet dominos / ppter sui spūalitatē / et cō-  
municabilitatem et bonitatem / ad exem-  
plar sup̄mi dominij. qd̄ ex equo communi-  
cat se pluribus sicut vni. **D**oc est domini  
charitatis / latum nimis. **Q**ue charitas  
non est ambitiosa nec appropriare sibi q̄ /  
rit que sua sunt. i. **C**oz. xij. **S**ic parentes  
p̄mi nihil sibi ante casum appropriassent  
sed nec angeli vel beati. **S**ic deus absq̄  
sui dominij detrimento. coassumit anglos  
et homines. in quos transfundit monar-  
chiale potestatem. dans eis omnia i ma-  
nus. **S**ic demum pater et filius et spiritus  
sanctus tres p̄sone ex equo plenissime sibi  
cuncta subijciunt. **T**ertia sup̄addit dif-  
ferentia. qm̄ ciuile dñium / potest abdicari  
et repudiari / seruata iusticia. **P**ōt etiaz ab  
inuitio tolli. **N**az. ppter quid aliud quoti /  
die fiunt mercationes / c̄mp̄tiones / vendi /

rationes et alie commutatiōes. **P**ropter qd̄  
aliud insup perstrepunt et reboant odioses  
lites. rabiosa iurgia. improbe contentiōes  
iudicioz forensium / p̄ repetendo aut tuen-  
do rem suam. cui taliter dominans semet a-  
stringit. **E**t o de<sup>o</sup> equissime q̄ta ē in hoc p̄-  
cellentia dignitatis / in gratuito super ciui-  
li dominio. qm̄ sicut tu deus / tuum cōmu-  
nicas dominium absq̄ dep̄d̄tione et abdi-  
catione sic iusto cuilibet / fas est compati se  
cum q̄st̄m̄libet plures dominos. et nihil  
dep̄dere. immo extensius habere dominū  
**P**ropterea non habet necesse iustus cōse-  
dere in iudicio ppter hoc dominium. scies  
omnia esse sua / vbi cūq̄ et quocūq̄ fue-  
rint transportata siue collocata. **A**surpare  
quoq̄ sibi fas est vocem illam p̄bi cuiusdā  
ab incensa vrbe sua fugientis / et nihil bo-  
norum terrenoz secum ferentis. **D**ia mea  
inquit mecū porto. seuiant tyranni. for-  
na feror / insurgat aduersus iusti corp<sup>o</sup> aut  
bona quelibet extrinseca / nihil ab eo rapie-  
tur quin in suū dominū et cōmodū refue-  
ret et seruiat / etiā p̄ statu nature lapsē. qz de sta-  
tu nature integre vel gloriōse / nulla ē du-  
bitatio. **A**mplius nulla tale dñium cōtra-  
bit inops auaricia q̄ minus feneret cū deo  
et primo. bona sua emit et vendit iuxta v̄-  
ie p̄ceptū. et absq̄ auro et argento et vlla cō-  
mutione supple ciuili / vniū cōpunctionis  
et lac deuotionis et cū deo negociatur de re-  
gno celoꝝ. **E**t quo et quō negociat. **E**t nu-  
mismate p̄cioso et p̄reco charitatis. **S**z  
de eo qd̄ p̄i<sup>o</sup> suū erat / q̄ pacto negociari di-  
cet. **Q**z certe illud qd̄ suū p̄i<sup>o</sup> erat vno mō  
efficit suū p̄libo mōis. tali negationis feno-  
re: quē admodū speculū cōcauū / recipiens  
radio sam solis illuminatiōem / illā a se re-  
flectēdo sursum / copiosiorē efficit et itez itez  
qz lūinosiorē. **N**ō dissimila sc̄ta / cōcaua p̄  
hūilitatē / et tersa p̄ vite mūdicia. dono dei  
p̄ gratā redonatiōē sibi p̄i multiplicat. et  
in tali donādi meditatiōe / exardescit ignis  
chorus<sup>o</sup> et splēdidissim<sup>o</sup> diuine illustratiōis  
atq̄ dilectiōis. **S**ciūt expti qd̄ loquimur.  
**S**ic pl<sup>o</sup> absq̄ vlla estatiōe adq̄rit libe-  
ral charitas erogādo et cōicādo. qz reserua-  
do et appropriādo possit auara sordida qz  
tenacitas. **D**e qua vere et p̄bice **H**ieroni-  
mus enunciat ad Paulinū / qz ei deest tā  
qd̄ habet qz qd̄ nō hz. **S**ic postremo fru-  
ctū vberiorē placidiōēqz recipit iustus ex  
diuitijs alienis. ex auro et margaritis et

equis thesauris et alijs. q̄ plerūq̄ solus ci-  
uilitate talium dñator: z amator. Hoc et al-  
to intuebatur sapiens dum ait Eccles. v. q̄  
qui diligit diuitias / fructū nō capiet ex eis  
Fructus diuitiaz est redemptio anime p /  
prie z sufficientia et satietas atq̄ securitas  
Hos fructus magis capit iustus / alienas  
diuitias vel contemnendo vel p eas in dei  
laudem assurgendo. q̄ p̄rietarij. q̄ t̄mimo-  
do capiunt spinas curarū pungentiū z tri-  
bulos anxiarū occupationū. ¶ Debz hec  
consideratio plurimū cōpescere animū be-  
ne institutū z morigeratū / ab appetitu an-  
xio / grandis possessionis aut / amministra-  
tionis ciuilit. qm̄ peccatorz maculis / con-  
trecentes inquinant. aut saltem peccandī  
periculis inuoluunt z innectūt. nō satiat  
hoiem. exultant potius nouis cupidita-  
tibus et curis sup̄fluis. Et ubi sunt opes /  
ibi sunt z qui cōsumūt eas. ¶ Agnoscitis  
vt arbitror: et hac differentia triplici / quo-  
niam pulchrior est dominatio fecundior at-  
q̄ diuiniore / que ex titulo gratie q̄ ea q̄ ex  
titulo politice aut ciuilit iusticie / oritur et  
accrescit. Posseditur ecclesiasticis mōar-  
chanis absq̄ tali multitudie dñioz ciu-  
lium / quale aspiciunt esse p̄fectior et x̄po  
similior qui dñij exercitiū / a se penitus ab-  
dicauit. ¶ Confundit postremo hec p̄cla-  
ra veritas / stultam auariciam nostram. cō-  
fundit z crudelē inuidiam. Vere z p̄rie  
stultam dixerim auariciam. que gaudet so-  
la appropriatione eoz q̄e diuinius habē-  
tur cōia. Sed nōne crudelis nōne mōstru-  
oso filis inuidia. q̄ bona sua aut q̄ sua eēt  
si velle odit q̄ i alijs adesse / spicit moridz  
lacerat cōsumit z dissipat. Profecto si quis  
bene p̄dicat / si quis gloriose opatur. si quis  
etiam miraculis claret. omnia hec mea sūt  
omnia hec ago in. primis tantūmodo / vi-  
tam et titulū gratie / inuidie culpa non de-  
struat. Similitudinem offerat Ap̄ls. i. Co-  
rinth. xij. Et ad Roma. filr. xij. de corpe ve-  
ro. in quo manas opatur. poculo. et de ma-  
nu videt oculus.

**Superaddamus**

tertiam cōsiderationem ostendentem ex p̄-  
missis. Qualiter idem homo / est in vnum  
dines et pauper. Vel vt ap̄plus loquit. Hi-  
bil habens et omnia possidens. sciens ha-  
bundare et sciens penuriam pati. z in altis-  
sima panperate superabundans. ij. Coz

vij. Hoc ita concipiendum est vt idēz ho-  
mo sit pauper mūdo / et diues in deū. Sic  
enim loquitur christus. Lu. xij. Nihil ha-  
bens (saltem quo ad affectum) ciuilitate po-  
litice. et omnia gratuite possidens. ¶ Ta-  
les inuenimus omnes iustos / nolētes vti  
rebus s̄m traditiones humanas / defendē-  
do eas in cōtentioso iudicio / p̄pter curas i-  
extricabiles que dominiū tale vt plurimū  
consequūtur. Math. v. Sufficit eis titulū  
gratie. et volenti tollere tunicam aut bene-  
ficiū / dimittūt et palliū. aut ip̄o sc̄o si expē-  
dit aut sic agere. p̄mpt̄ et p̄parat̄ est ani-  
mus. i. Thimo. ij. habentes alimenta et q̄-  
bus tegantur / his cōtenti sunt. Etiam si di-  
uitijs omnibz terrenis epulentiissimi vide-  
antur. ¶ Erūt igitur tales (dicet nobis ali-  
quis) soli religiosi z panperatis p̄fessores.  
¶ Nequa q̄ ita necesse est. Nō oportet vt vo-  
to aut cōuersationis mutatione res a se ter-  
renas abijciant. Pauperas est introitus in  
animo sibi bñi conscio que effragans tyran-  
nidem seuam cupiditatis / dilatat regnū  
charitatis. et ambulare facit in latitudine i-  
innocētia cordis sui. que est gratia. ¶ Hic  
attendite doctissimi et sapientissimi viri. h̄  
intelligite. qua ratione priores argutie car-  
nalia / facili distinctione soluūtur. Nam  
etsi iusto omnia sunt communia et data  
in manus / non oportet q̄ in iure fori / aut  
ad omnem vsū ciuilem / qui sibi frequen-  
ter abusus esset. sed iure poli / et ad vsū cō-  
formem principijs diuine iusticie. ¶ Ani-  
aduertite rursus obsecro que admodū ois  
peccans / in eo q̄ re aliqua p̄uise vnt / iniu-  
riatur cui libet iusto tanq̄ fur z raptor rei  
sue. Est eni furtū / cōrectio rei aliene / in-  
uito dño. Tractat aut iniustus / abutendo  
re aliqua / rem illam que iusti est / ip̄o nō cō-  
sentiente. nam cōsentiedo peccaret. Nec ē  
radicalis rō / cur fraternalis correctio / cui-  
libet iusto cōperit. qm̄ dere sua agit dū pec-  
catur. In hoc vere cōperi p̄riusimū z p̄hi-  
cū esse intellectū iacobi dicētis / q̄ q̄ in vno  
offēdit / fact̄ ē oim re. Jaco. ij. Nā peccās  
in vno / peccat in oēs. tremēda nimis s̄ d̄a  
s̄nia. Peccēs in vno peccat in oēs. imo i ip̄-  
sum celū z oia q̄ celi ambitu cōtinent. Vis  
audire hoc ab ore vni q̄ abierat i regiōem  
lōginquā dissilitudinis q̄ ad se reuert̄ a q̄  
p̄rius q̄ lōgissime aberrauerat dicebat Sur-  
gā z ibo ad p̄rēz meū / dicā ei. P̄r peccauit i-  
ielū z corā te. Luce. xv. Si rō placet / eam



## Sermo de dominio euāgeli

accipe. Homo itaq; p peccatum. se et res q;  
bus abutitur surripit vi q̄stum in eo est ab  
alijs. abruptens membra corpis mistici/ et  
integritatem vniuersitatis violans. Per/  
uertit insup armoniam vniuersi velut cor/  
da discors in cythara. aut fistula mutata vlt  
stridula in organo. Infirmat exercitiū vlt ex  
ercitiū spūalis milicie tanq; fugitiuus et p  
litor. Subtrahit deniq; iuuamen et dilec/  
tione et prem regis vel regiminis. et ordi/  
nem subuertit aliter q; debet ad oia. At e/  
ōtra iustus pdest oib; veluti membrū vi  
uar et ps cōgruens suo toti. sicut corda so/  
noza et fistula suauis. et insup miles fidus  
atq; vt adiutor fortis et rector oim sollicit<sup>9</sup>  
sciens qm plus abhorret gratia ociū q; na  
tura vacuū. **O**pponet cōfestis nobis ar  
gumentator aliq; subtilior/ quō iustis fit  
iniuria fraus et rapina et peccatū in eos/ si  
p ipis militare oia pbatū est. Si preterea  
**Abis.** et **Sene.** validissimis rōib; pbaue  
runt hoc q; nemo nisi a seipō leditur. itaq;  
in sapiētem nulla cadit iniuria. et ita pba/  
tum est: cōsentio. Non enim fit iustus inui  
tis se iniuria vel lesio et alijs improbitati/  
bus. sed fieri querit aut fieret si nō omps sa  
pientie diuine virtus/ de peccatis aliorū/  
bona p iustis eliceret. Attingit eni ipa a fi  
ne peccati nouissimo/ vsq; ad finē primū/  
qđ dñs est/ fortiter/ et disponit omnia sua/  
uiter. facit quoq; vt fm dictū **Gregorij** qui  
in cunctis delinquit/ in cūctis feriant/ vt  
vex sit illud **Sapie. v.** Pugnabit cōtra in  
sen fatos orbis terraz. Nunqd nō hoc iu/  
stissime? Toto siquidē orbe terraz in dñi  
sui cōtumeliam abusi sunt et omnia q̄stuz  
in eis fuit/ iniuriam eius puerissima libi/  
dine contorserunt. Ita peccator/ est ille al  
ter hismael/ cuius manus cōtra omnes et  
manus omnū cōtra eum. Ita iustus ē do  
minus et tectum iudiciū suū. qm cōtra nos  
peccatores maledictiones sterilitatū et alia  
rum pestilentiaz multiplicum inducit. ar  
mando creaturas/ in obsequiū nostrū con  
ditas/ ad vindictam. sicut traditur diffuse  
**Deutero. xxvij.** Et sicut tempe passionis  
et horrore iudaici facinoris/ tota vniuersi  
tatis armonia turbata est. **Q**uereret ad  
extremū forsā curiosior aliquis. si iustis  
ex equo sunt omnia cōia/ duo tales extre  
mum famis piculū incidant/ nec habeant  
p̄ter panem vnicū/ p quem solus eoz pote  
rit sustentari. cuius erit panis ille? Respō

deo q; iure recto/ occupāti cōcedet. **D**ors  
vero/ p alio pereunte/ militabit. et seruiet i  
bonū suū amplius fortassis/ q; alteri p̄is  
comestio pficiat. qm in patientia sua pos  
fidet aiām suaz. securus in celo. q; ille i bre  
ui moriturus odio moribundoq; corpe  
non securus seruat. **P**erges vltra quere  
re casu paululū variato. Si sit alter iniu/  
stus/ habeat tamen titulum ciuilis domi/  
nij sup panem illum/ et iustus nequa q; in  
cuius vsū cedit panis ille **V**ideri potest  
q; iusto. p titulum gratie in quo verius ius  
et deo placidius sibi fundauit et q̄fuit.  
**S**ed hec et similia subtilioris indagatio/  
nis/ scholastico exercitio dimittentes.

### Donamus quartā

et hanc extremam considerationem tempi  
huius dominice passionis cōuenientem.  
**D**onarchatus et titulo gratie consur  
gens/ fuit restitutus p christi passionem et  
tensius et vberius/ q; fuisset ante peccatū.  
**E**xrensus dixi. qm infernus damnatorū  
hominum et eorum multitudo atq; pecca  
ta non fuissent. Sunt tamen de dominio  
iusti. et ei militat ad coronam et gaudiū et  
cautelam. Accedant ad hanc monarchiaz  
omnia christi facta dicta et exempla. sacra  
mēta insup omnia. Postremo noue legis  
mysteria. **A**d hunc sensum ausus est di  
cere **Grego. D** felix culpa eue. Quare felix  
nō irifeca bonitaz et ceca emulatio culpa  
bar. sed extrinseca denominatione. q; tales  
et tantum habuit redemptorem. Aliter q; p  
pe non fuisset deus homo. non virgo ma  
ter. non humana natura sup angelos col  
locata. et similia multa. **S**ed neq; fuisset  
iusto omnia data in manus/ altero dupli/  
ci iure et titulo p̄memorato. titulo videlicet  
debellationis et conquestus. et titulo sacra  
mentalis restitutionis. **V**erum sentio  
vos in diti domini/ finem loquendi ratio  
nabiliter expectare. Parebo libens. ne pa  
riam fastidiū. **E**xpectare tamen prius oro  
patimini. **V**tinam sapere et intelligeret  
quattuor has veritates pulcerrimas/ eccle  
siastici nostri tempis. illos loquor impro  
bos/ q; sp̄reto et calcato mōarchatu grē di  
tissimo/ cecos se ad inopē et languidū ciui  
latis titulū coniecerunt. toti funditus in  
cubuerunt bñficijs sibi p̄ fas p̄ q; nefas q;  
coacernendis p̄ discriminē certissimū et p̄di  
tionem animarum suarum et sepe alienaz

Preponant filiatiōem immūdam mundi  
 immo ingum ferreum diaboli/filiationi z  
 ingofuauī xpi. Prouocāt in flagitijs spur  
 cidis/et rapinis sacrilegis/audacter deum  
 cum dederit omnia eis in manus. put apō  
 Job verbū est. **E**xtollunt sibi titulos ca  
 duos ancios z egenos. Ille huius civili  
 tatis z possessionis. ille alterius. quibz ade  
 pris/dicit quilibet talium cum angelo lae  
 dicie Ecce diues sum z nullius egeo. et ne  
 scit talis quid exprobrans Jobes subinfe  
 rat/qz miser est et miserabilis et paup et ce  
 cus z nudus. **C**ui militant omnia ad  
 oppugnationem sui/non minus prospe  
 ra et aduersa. In prosperis resoluuntur seg  
 nicie et luxuria. In aduersis p impatiēti  
 am et murmur non subsistunt. Quare sic z  
 Quoniam titulum gratie comodissimum  
 z pclarissimum quo habitō dantur nobis  
 oia in manus/longe pūciunt. **Q** d qd  
 adest grossiori generosiori supbia et ambi  
 tione dignus. Quisquis latius et insigni  
 dominari querit. quisquis impiosus ard  
 gloriari. pergat huc facile. iter apertum est  
 paruum. latum. pulcherrimum. **N**ō necesse  
 habet vt euagetur ancians ayt turbetur et  
 ga plurima. tantūmodo lauētur ab inqna  
 mentis suis. seruet gratie titulum. omnia  
 dabit ei pater in manus. In pſenti quidē  
 non absqz discrimine belli z milicie multre  
 Nam hic vbi terra vbi guerra tanqz nihil  
 differat seruo sed pſtabit in futuro. **S**pe  
 ret equanimiter cum paez et tranquillitate  
 ppetua. ad quam nos intromittat ille qui  
 habet omnia in manibz dñs noster Ihus  
 christus qui est deus benedictus in secula  
 Amen. **F**init.

Carmen de volun

taria paupertate.

**P**auperes iure beata  
 Due voce Jesu celica reguas  
 Dum spiritui grata/nec bo: rēs  
 Dum sufficiens letasqz degis  
 Diuina tibi gratia dat ius  
 Veri simili. quo/dominatu  
 Pleno valeas omnia vri  
 Sub lege sua subdita queqz  
 Primo statui nonne fuere  
 Si principio querere regnum  
 Floris domini/cuncta sequentur  
**E**st pauperes indiga panis

Benedicat egens fiat oportet  
 Pandit miseram se querulamqz  
 Dorbo senio torpore fractam  
 Deu pauperes nomine solo  
 Due corde tumes perdita luca  
 Effrons graderis voca procaci  
 Buccis nitidis. veste fluenti  
 Seruice riges. naribus efflas.  
 Vis ex alijs viuere laura  
 Qui non dederit/murmura rodīs  
 Discrimen habet fama negantis  
 Vos effugite credite mordet  
**E**st pauperes officiosa  
 Due parca sibi largiter amplas  
 Dispensat opes. vsibus aprans  
 Discreta pijs. curat/honesto  
 Frugis statu/plebe placere.  
 Almas decus hac/luide pompas  
 Cedens pprijs/altera/viuit  
 Comune tenens/more priorum.  
 Bazas medias spernere pro: sus  
 Nolo. fragilis terrat egestas.  
 Neū sim per eam sordibus exco: s  
 Luris lacertis corde molestus  
 Liberos mimis cor: da tenere.  
 Finit.

Sequitur alius ser

mo per eundem cancellarium in cena do / mini. ad ecclesiasticoz cautelam et eruditi onem.

**R**adidit Jesum iudas s  
 monis scharioris. Origi  
 naliter in sententia Joh:  
 pū. Unde sumptum est e  
 uangelium pſentialiter re  
 citatum. De proditore iu  
 da de obstinato z incorrigibili qz vtar noie  
 cllico vlpdicatore vel aplo vel sacerdote lo  
 cutur. **T**otū i meditatōe meatrēmui. to  
 tus horrore scussus sum. recogitās qz terri  
 bilis in consilijs deus super filios homi  
 num. **V**idens isuper cum ecclesiaste opa  
 dei mirabilia valde. qz nemo possit cor  
 rigere quem ille despererit. **S**i claudit/qz  
 aperiet. **S**i mittit cristallum obduratio  
 nis. a facie frigoris eius qz sustinebit. **S**i  
 diabolus cor subintret. nōne sicut mallea  
 toz incudē indurat illō: ita vt rideat vibra  
 tē dānatiōis bastā. vertunt sibi in stipulā  
 lapides funde. nec adq̄scit cui qz p̄cibz.  
 Judas in exemplo ē. quē nec efficacissima

gremui